



SERIES ALPHABETICA HUJUS  
VOLUMINIS.

<b>A</b>	
De Actionum cessione.	- 952.
in successores impositas.	972.
necessaria.	- - 986.
Alienatione.	- - 686.
A.R.P. et G.	- - 123.
Affidatioe.	- . . . 668.b.

<b>C</b>	
De Cambijs.	- - 674.
Codicillis.	- - 392.
Collatione.	- - 271.
Comodato.	- - 538.
Conditione.	- - 612.
Conditionibus.	- . 344.
Conubiorū jure.	. 69. 75.
Constitutionibꝫ PP.	- 45.
Contradicō nominati.	650.
Cessione adionū.	- 952. 972 986.
Civitatis mutuo.	500.

<b>D</b>	
De Decretis.	- - 45.
Delegatione.	- - 910.
Deposito.	- - 550.
Denūciatioe litis.	636.
divisionibꝫ juriis.	- - 1.
Dominio.	- - 123.

<b>E</b>	
De Errore.	- 748.
Evidentibꝫ.	. 626.
Excusatio Exempt.	924.

<b>F</b>	
De Fidei.	- 707.

<b>I</b>	
De Institutione Heredi.	- 309.
Inventario.	- - 412.
Integri restitutioe.	808.
juriis divisionibꝫ.	- 1.
jure connubiorū.	75.
restitutionis.	728.
retentionis.	887.
innominitis ḡtibꝫ.	650.

<b>L</b>	
De Legitimatione.	- 83.
Legitima.	- - 237.
Locazione.	- - 612.
Legibus.	- - 17.
Litis denūciatioe.	- 636.

<b>M</b>	
De Materna custodia.	- - 98.
Metus restitutioe.	- 632.
Monopolij.	- - - 592.
Mutuo cibitatis.	- - 500.
Novatione.	- - 896.
Optione.	- - 381.

53  
986.

# Disputationum Juridicarum NONA DE QVIBUSDAM CES. SIONIBUS NECESSARIIS,

*Quam*  
*Quasitâ Salute Divinâ,*  
*Auctoritate*  
**Magnifici Dn<sup>i</sup>. Ordinarii, Ampliss.**

Dn. Senioris, nec non reliqvorum Facult. Jurid. As-  
sessorum, in celeberrimâ Academiâ Lipsiensi,

*Locô & nomine*  
*Amplissimi, Consultiſ. & Excellentissimi*  
**DN. JOHANNIS Böhmens / J. U. DOCTOR.**  
& Codicis P. P. & prædictæ Facultatis Assessoris nomina-  
tissimi, morbo chronicō laborantis;

*P R A E S I D E N T E*  
**DN. QVIRINO Schachern / PHIL. & J. U. DOCT.**  
in locum prædicti Dn. Joh. Böhmens P. P. substitutō, & Curiæ  
Electoralis Supremæ, qvæ est Lipsiæ, ut & Juridicæ Facultatis As-  
sessore, ac Consistorii ibidem Electoral. Advo-  
catō ordinariō,

Fautore suō multis nominibus venerandō,  
*Publicè defendet*  
**CHRISTOPHORUS Franc/ MARIÆBERGENSIS.**  
*In Auditoriō JČtorum Petrinō*  
d. xxx. Junii, Anni currentis M. DC. XLII.  
*Typis GREGORII Kitzschens.*

Distributione Medicamentorum

NON A

QVIBUSDAMOES.  
SOMNIFERIS NECESSARIIS.

Mit Singulio Dn. Ovidiuu Ambroze.

De Sceniorum Medicinalium et Flosculis Martia-

lacionis, in descriptione medicamentorum quibus

DT. IOHANNIS BAPTISTAE LIT. DOCTOR.

Ecclae S. Petri. & Prodigie gratia ac recognoscere.

in cuius loco prodromus sponsum inservit;

DN. OAKINUS Graphicus Philippi LIT. DOCTOR.

In locum precum Dr. Joh. Baptista V. B. impetrans ex Cuneo

Elegantes specimen, das est libris in de latinitate scripturis v-

erperio ac cognitione videtur. Elegans V. abo-

utio antiquaria.

Estimatio quo minus honorarium accedit.

Tempore millesimo

CHRISTOPHERUS STYLUS MARIBORIENSIS.

Ex operis, quam dilectoris M. DC. XLI.

Ab aliis Graecorum scrip-



D. D. D.

## PRÆLÖQVIUM.

**N** præcedentibus quatuor Disputationibus, de CESSIONIBUS ACTIONUM, exhibuimus Polysemiam, Synonymiam, Definitionem rei, & aliquot species fictarum cessionum: Debemus nunc residuas ipsò jure contingentium cessionum species referre; Sed placet nobis, paulisper sepositis illis, hanc disputatione quintâ, Quæstâ Salute Divinâ, secundam accedere divisionem Cessionum, dum in Voluntarias & Necessarias dispescuntur.

## THESES.

I.

**Q**uod Cessiones actionum commode in Voluntarias & Necessarias dividi possint, ex l. si ea res. 31. in pr. ff. de Act. emt. & aliis nunc adducendis exemplis apertius apparebit. Dividere ita Zaf. in parat. ff. de Procurat. n. 25. Bronchorst. vel Winand. Everwin. in Repetitione Academicâ celeberrimarum aliquot Pand. & Cod. Legum, ad subtilissimam Cessionis actionum materiam pertinentium, annexâ commentario Job. à Sande de Cessione actionum, tb. 4. Nos, ut accuratius loquamur, distingvimus eas in Spontaneas, Coactas seu violentas, & Invitas seu necessarias. Actiones enim humanæ in has tres species dividuntur:

In freywillige/ abgezwungene/ abgedrungene/ nothwendige/ und ungerne/ oder unwillige/ non nützliche/ prout alias vocabulum *necessarium* sumitur.

I. §. item. 13. ff. de Ag. cotid.

II. Ut ut autem quilibet rerum suarum moderator & arbiter; æquitas tamen nonnunquam svadet, ut vel unus ad cedendum,

A 2

vel

vel alter ad cessionem acceptandum sit obstringendus. Quando enim sine dispendio nostrō alteri prodesse possumus, naturalis pudor nos invitox ad partitionem obligatos reddit. l. in creditore. 38. ff. de Evid. l. 1. §. sed §. 4. §. iidem ajunt. u. l. 2. §. item Varus. §. ff. de Aq. §. aq. pluv. arcend.

III. Indigitamus verò *Voluntariam*, qvæ ipsam voluntatem pro principiō & causā habet, & in intellectu percipitur, ac voluntatis imperiō perficitur; vel, qvæ nullō cogente Jure, ex utriusque cùm cedentis, tūm cessionarii liberrimā voluntate, proficiscitur, prout cernimus in hereditatum & nominum Venditoribus, tot. tit. ff. de hered. vel act. vend. (qui titulus non est correctus per l. per diversas. C. Mand. ut punctualiter dicit Salyc. ibid. col. 4. in 7. quæst. referente Paris. cons. 19. vol. 3. n. 54. junct. præced. §. seqq.) Itemqvè in insolutum dantibus nomen volente creditore. Nam si actiones insolutum addicuntur creditori, sententiā vel ope Judicis, potius *Necessariae* & *invitae*, qvām *Voluntariae* cessionis erunt species. l. fin. C. Quand. fisc. vel priv. deb. sui debit. conv. poss. l. miles. 6. ibi: cogitur. l. à Divō Piō. 15. §. §. in venditione. 2. ff. de R. Judicata.

IV. Regulariter igitur *Voluntaria* & *Spontanea* præsumitur, qvia nemo invitus res suas, etiam justō preciō refusō, alteri concedere, vel ultrō res alienas oblatas accipere cogitur. l. id quod nostrum. n. ff. de R. J. l. non enim æquum. 9. ff. de Act. rer. amot. nec beneficium invito obtrudendum. l. invitatus. 69. ff. de R. J. l. in omnibus 55. ff. de O. & A. Qvin tamen ex voluntariā cessione, legitimè & omnibus numeris perfectā, vinculum necessitatis resultet, nulli dubium esse debet: omnes siqvidem contractus, qui primitū sunt voluntatis, ex post facto fiunt necessitatis. l. sicut. §. C. de O. & A. l. in commodato. 17. §. sicut. 3. ff. Commod. Job. à Sande tr. d. c. 6.

V. Illam è contrariō vocamus *Necessariam* & *invitam*, fac. Rub. C. Ut nemo invit. ager. vel accus. cogatur. qvam quis licite nolens volens facere, vel suscipere cogitur; Sicut & istam. *Coactam* ac *violentam* nominamus, qvando quis illicite, vel

vel ad cedendum, vel ad cessionem acceptandam cogitur. Ad  
**banc** impellimur, vel etiam jucundè & spontè allicimur fa-  
ctō hominis; Ad **illam** verò molestè movemur necessitate  
juris. Alio qvoqve sensu **Necessaria** appellari possunt Ces-  
siones, quando qvis urgente necessitate rei familiaris, ut sibi &  
familiae suæ consulatur, cedit, vel cessione jura accipit. *l. scribit.*  
*34. §. item scribit, ibi: si ex necessitate aliquā. ff. de Aur. & arg. le-*  
*gat. §. si rem. 12. Inst. de Legat. secundū tradita à Magnificō Or-*  
*dinariō Dn. Sigismundō Gindelthaus Obs. 108. Praeceptore nostrō*  
*& vicernīm devenerandō. Nos hāc vice de Necessariis qui-*  
*busdam agamus, qvæ ex necessitate juris, prout loquitur alibi*  
*JCtus in l. 2. ff. de Distr. pign. proveniunt.*

**VII. Necessitas** autem vel est **in Cedente, vel in Cesa-**  
**sionario, vel in Utroqve, & modò absolute & simplici-**  
**ter, modò nata & cum hypothesi** contingit.

**VIII.** Ut qvivis exempla ad manus habeat, eaq; facilius repe-  
riat, ordine alphabeticō, præcipue hāc & seqventibus disputa-  
tionibus recensebimus & examinabimus.

Sit itaqve (I.) ubi ab utraqve parte necessitas adest,  
de CREDITORE, qvi pignus jure distraxit, qvod postmo-  
dum emtori evictum; Quantumvis enim de evictione non tenea-  
tur, *l. periculum. 30. ff. de Pign. l. 1. Cod. Cred. evict. pign. præst. non de-*  
*bere; ibi Schard. ad Bar. Negusant. de Pign. 1. membr. 6. part. prin-*  
*cipalis, n. 40. & seqq. Job. à Sande tr. hic. cap. 6. th. 4. ad Cessionem.*  
Actionis pignoratitiæ contrariæ, qvam habet adversus debitorem.  
*l. si rem. 9. l. cum debitore. 32. ff. de Pign. aet. Wesenb. in parat. ff.*  
*ibid. n. 8. tamen tenetur, l. in creditore. 38. ibi: ut præstet. ff. de E-*  
*vict. & emtor eum hāc contentus esse cogitur. Tantum enim,*  
præstat venditor, quantum habet. *Vinc. de Franch. decis. 427. Ra-*  
tio affertur in textu, qvam repetitam volumus in singulis specie-  
bus, ubi coactio est à parte cedentis. arg. l. 2. §. 5. vers: quanquam.  
*ff. de Aq. & aq. pluv. arc. Vinc. de Franch. decis. 55. n. 4.*

IX. Similiter (II.) CREDITOR eō ipsō, dum distrahit pignus, omne jus qvod habet, id est, actionem principalem adversū debitorem ratione debiti, in emtorem, emtione factā, transferre cogitur. *l.creditor.13.ibi* : cedere debet, *ff.de Distr.pign.*  
*Diss. Dionys. Godofr. in not. add.l. lit.F.*

X. Cogiturecontrā (III.) CREDITOR mandare actiones debitori contra emtorem, si qvas pactō sibi in venditione pignorum vel hypothecarum licitā reservavit. E.g. si ita pactus: ut liceat sibi *reddere pecuniam & pignus recuperare.*  
*Text. est manifest. in l.si creditor.7.in pr. ff.de Distr.pign.*

XI. Habet & debitor adversū CREDITOREM (IV.) actionem pignoratitiam ad impetrandam cessionem actionis ex vendito, qvando non sibi, sed debitori in vendendo pignore pactō prospexerit, pacificando nimirum, *ut liceret debitori pecuniam solvere, & pignus recipere.* per *l.si cùm venderet.*  
*13.ff.de Pign.act.* qvi textus mirabilia dicit, secundūm *Alber.* ubi insuper debitori, præter dictam cessionem, solutione præstitā emtori vigore pacti, cōceditur Rei vindicatio & Actio in factum, adversus emtorem; qvod fortassis obtinet, qvando non jure, pignus vel hypotheca distracta fuit, vel qvia dominium expirat in emtore, qvando recipit premium. Videatur pro ulteriori explicacione. *Govarruv.lib.3.var.resol.cap.8.n.3.Carroc.tr.de Oblat.q.11.*  
*n.50. & seqq.*

XII. *Ad cessionem jurium suorum,* qvalium qvalium *Vincent.de Franch. decif.427.* (V.) compelli potest CREDITOR, qvando actione hypothecariā conyenit fundi possessorem, qvi offert eidem debitum. *l.mulier.19.ff.Qui pot.in pign. ibi: compellendus sit jus nominis cedere.* Sed non contra scipsum. *Decius conf.104.* Ubi non est absoluta, sed hypothetica necessitas, in qvam semetipsum conjecit *Creditor*, eō ipsō dum pulsavit ædes hypothecam possidentis.

XIII. *Verūm* num hoc sit intelligendum duntaxat de iustō possessore fundi pignorati, num verò de qvibusvis, non æqvè  
expe-

Lentz. I. cest. adl.

expeditum est. **Sunt Affirmantes**, qvi justis saltem possessoribus concedunt, ut Paul. de Castr. in l. si res obligatas. 57. ff. de leg. i. Cyn. & Bl. in d.l. mulier. 19. Qui pot. in pign. Cujac. lib. ii. obs. 35. qvibus novissimè subscripsit Joh. à Sande tr. hic cap. 6. th. 62. & Senat. Sabaud. teste Anton. Fab. in suo Codice adtit: Si antiqui: Credit. def. 3. per rationem, qvòd jus implorare non possit, qvi contra jus possideat. l. auxilium. 37. in fin. ff. de Minor. ad qvam respondet JCtus in l. Paulus. 12. §. 1. ff. Qvib. mod. pign. vel hypoth. solv. hoc modo: non debet quæri de jure possessoris, cùm jus petitoris removeatur solutò pignore. **Sunt Negantes**, ut Gloss. & Br. in d.l. 19. Negusant. de Pign. 3. membr. 5. part. n. 26. & 27. & alii allegati à Trentacing. lib. 3. var. resol. tit. de Solut. resol. 30. n. 12. qvibus & nostrum damus calculum, per l. Paulus. 12. §. 1. ff. Qvib. mod. pign. solv. junct. l. in depositi. 12. ff. de R. Jud. Item l. si fidejussor. 29. §. hoc idem. 3. junct. princ. & trad. per Bl. ibidem ff. Mand. fidejussor enim dictò in passu non est sine dolò malo; & Rationem: qvia creditor agens hypothecariæ non concludit ad rem præcisè, sed qvousque solvatur debitum. Carr. de Oblat. q. 11. n. 3. Crav. conf. 298. Schneidewin. §. item Serviana. n. 90. f. de Aet. per l. si cùm debitor. 66. in pr. ff. de Evid. Et licet textus l. 19. solummodò de justò possesore loqvatur, prout ita deci- sum fuit in **Sacrò Consiliò Neapol.** testibus Matth. de Af- flict. decis. 257. & Grammat. decis. 51. contra Bl. conf. 84. & conf. 109. vol. 3. Attamen ratio in d.l. Paulus. 12. §. 1. allata, nimirum. non debet de jure possessoris quæri, eò qvòd nihil dece- dat creditori, suum recipienti debitum, sive illud accipiat à de- bitore, sive ab aliò frugi aut neqvam, qvi vult, non quidem animò donandi, sed gratificandi studio. l. solvendo. 39. ff. de N.G. l. solutionem. 23. ff. de Solut. junct. l. qui pecuniam. 43. ff. de N.G. à nexu pignoris fundum alienum liberare; æqvè ac meritò in cessionis impetratio ab iniqvō possesore pugnat. Quid e- nem interest Creditoris debitum accipientis, sine, sive cum ces- sio-

sione? Gur denegabimus injusto possessori, medium conse-  
qvendi id, qvod pro aliô solvit? Ecqvis Creditorum tām stolidus, qvi non mallet debitum suscipere, & possessori juribus suis  
cedere, qvām denegando possessori cessionem, sub prætextu ini-  
qvæ possessionis, exsolutionem debiti remorari? Qui licentiam  
offerendi concedit, is simul facultatem petendi Cessionem con-  
cessisse videtur. arg. l. si cūm venderet. 13. ff. de Pign. act. 5 l. 7. ff. de  
Distr. pign. Fit enim oblatio debiti nullum alium in finem, qvām  
ut jus creditoris, in cuius locum succedimus, conseqvamur.  
**Unde**, et si nuspia legatur, si duobus unus idemqvè fun-  
dus hypothecatus, & unus alteri videlicet possessori debitum  
offerat, ut ipotest perl. i. l. prior. 5. l. cūm tibi. 10. C. Qui pot. in pign.  
l. potior. 11. §. fin. ff. eod. l. secundus. 22. C. de Pign. eleganter Gail.  
lib. 2. obs. 18. n. 11. Matth. de Afflict. decis. 16. & decis. 259. Asin. in prax.  
execut. §. 7. cap. 55. & Dd. universaliter omnes in d. l. Paulus,  
etiamsi priori in solutum datus fuisset, vel venditus. l. 1. C. si an-  
tiqui: cred. pign. vend. Negusant. tr. de Pign. in 3. membr. 5. part. n. 1.  
& 2. Asin. d. l. qvòd alter teneatur præstare actiones, tām princi-  
pales qvām accessorias: non tamen veremur asserere, **quod**  
**est VI. exemplum** Cessionis necessariæ, alterum ad  
Cessionem faciendam esse jure obstrictum. perl. Aristo. 3. ff. Qvæ  
res pign. oblig. poß. junct. l. 38. ff. de Evidet. & l. fin. C. de Jure fisci, cum  
Borgn. Cavalc. decis. Fivitz 3. n. 36. 37. lib. 1. Flamm. Chart. decis. Rot.  
Gen. 61. Ubi tamen ex Negusant. tr. de Pign. 3. membr. 5. part. n. 6.  
distingvit, inter Creditorem cum hypothecâ & sine hypothecâ,  
de illô affirmans, qvòd invitum concreditorem, cui pro com-  
muni debitore solvit, & offert debitum, ad cedendum compel-  
lere possit; de hoc verò negans, & minimè concedens, qvòd re-  
luctantem cogere queat, nisi rem aliquam teneret, idq; perl. nul-  
la. 5. C. de Solut. ex qvâ Donell. ad eam, & l. cūm tibi. 10. C. Qui pot. in  
pign. & Job. à Sande tr. hic. cap. 6. tb. 66. 67. hanc generalem eli-  
ciunt regulam: **Pro aliô solvens, qui nullâ ratione cre-  
ditori obligatus est, nec quicquam juris, in re, qvâ  
de agitur, habet, is creditorem invitum ad ceden-  
dum**

290

dum juribus suis urgere nequit, sed sufficit, eum  
paratum esse, obligationis instrumentum reposcen-  
ti restituere: provocantes ad Molin. de Usur. n. 332. Sed  
cogitandum relinqimus, an non textus in d.l.s. nimium restrin-  
gatur, si eum saltem creditorem alienum vocitemus, cui  
planè nihil, neque principaliter, neque accessoriè debemus?  
Item annon de eō potius casu loqvatur, ubi quis demum, post  
solutionem factam, pro cessione jurium instat? *Videtur* id  
velle (1.) verbum *superest*, quod tractum successivum con-  
tinet, & idem innuit, ac si dixisset Imperator; postquam semel  
solvisti, sine comparatione vel cessione juris, non amplius age-  
re potes adversus Creditorem pro cessione jurium, quae habuit  
Creditor, adversus debitorem. (2.) Ratio decidendi, quae in eō  
sita est, quod consulens *Celsus* non suggesit, quod compara-  
verit nomen, (id est, obtinuerit cessionem.) Si enim tempo-  
re oblationis cessionem impetrasset, utiq; actio ex venditō ei-  
dem superesset, licet (notarationem dubitandi) solutione ab  
aliō factā nomine debitoris evanescere soleat obligatio. *arg. I.*  
*Modestinus.* 76. ibi: *nulla actio superfuerit*, ff. de Solut. I.  
cūm is. 36. ff. de Fidejuß. maximē cūm non negari possit, quod ex-  
traneus solvens, jus agendi habeat adversus creditorem ad solu-  
tionem acceptandam, & non tam gratuitō, quam comparandi  
nominis gratiā, solutionem offerre censeatur. *Gail. 2. observ. 18.*  
*n. fin.* Qui vult certus esse, an etiam *Creditor* pignora tradere  
teneatur, is adeat Francisc. Viv. decis. 475. lib. 3. ingeniosissimē  
enim hāc de re disserit item *Thesaur. decis. 207.*

*Sed pergamus ad (VII.) exemplum.*

XIV. CREDITOR, cui sine interpellatione offert fide-  
jus for debitum, uti potest l. cūm alter. II. C. de Fidejuß. compelli  
potest ad cessionem jurium, quae habet, tūm adversus debitorem,  
tūm adversus confidejussores. l. fidejusforibus. 17. ff. de Fidejuß. ele-  
ganter *Sichard. ad l. creditor. 2. n. 13. 14. C. de Solut. Hartm. Pift. q. 48.*  
lib. 1:

XV. *Habet & CREDITOR* (VIII.) facultatem conveniendi  
in solidum unum ex pluribus fidejussoribus, qvādo renunciaverint  
beneficio divisionis & discussionis; Sed oppositā exceptione  
**cedendarum**, (ita nominatur à Dd. in Legibus vocatur *excep-*  
*tio doli*, l. rem hereditariam. 65. ff. de *Evidt.* l. minoris. 25. ff. de  
*Administr. tutor*. l. si stipulatus. 15. ff. de *Fidejuß.* l. si res obligata. 57. de  
*Legat.* l. alterius. 20. §. 1. ff. de *Tutel.* & rat. distr. ab l. vir uxori. 39. ff. de  
*Donat.* inter virum & ux. ) ad cedendum juribus, qvæ ante exsolu-  
tionem debiti adversùs confidejusfores habet, l. ut fidejussor. 39. ff.  
de *Fidejuß.* l. cùm alter. rr. C. eod. nolens adigitur. l. 2. *Sichard.*  
ibid. n. 7. C. de *Fidejuß.* qvod in tantum verum, ut si ex ali-  
qvâ, qvæ ei imputari posse, causâ, haud cedere valeat,  
meritò à limine judicii sit repellendus. Negusant. tr. de  
*Pign. membr.* 3. p. 5. n. 36. per l. *Stichus.* 95. §. si creditor. 2. ff. de *Solut.* l. si  
*pupillus.* 45. ff. de *Administr. tut.*

XVI. *Exceptiones* autem qvinque refert ibidem Negu-  
sant. qvibus *sextam* superaddit *Joh.* à *Sande* tr. h̄c. cap. 6. tb. 35.  
ex l. 2. C. de *Fidejuß.* si nimirum non posset sine suō ma-  
gnō præjudiciō cedere. Et nos *septimam*, qvando in-  
demnitatem sibi pro parte repromitti curāset.

XVII. Recensebimus eas ordine.

*Prima est*, qvando confidejusfor, qui factō creditoris li-  
beratus, alioquin de jure liber & tutus, ut mulier. l. quamvis. 8. §.  
*Marcellus.* 9. ff. ad *SCt. Vellej.* arg. l. si procuratorem. 8. §. si liber. 5. ff.  
*Mandat.* *Secunda*, qvando liber culpā debitoris. vid. latè &  
eleganter *Joh. Baptist. Afin.* in *prax. execut.* §. 7. cap. 117. *Tertia*,  
qvando consentiente confidejussore solutus. *Quarta*, si con-  
fidejusfores sunt diversorum temporum, ubi unus se non obli-  
gavit contemplatione alterius, qvem casum fusilis examinat.  
*Vinc. Franch.* decis. 55. n. 10. *Quinta*, ubi renunciaverint exce-  
ptio-

291

ptioni cedendarum, qvō in casu seqventes quæstiones occurrere  
solent.

XVIII. Locum primum occupet *illa*, qvæ in nostris Con-  
stit. Elec. p. 2. Conſt. 17. satis dilucidè decisa, qvando queritur:   
*Num* specialis & individualis renunciatio requiratur, *num*  
verò sufficiat generalis? Et deciditur specialē requiri, hāc annexâ  
restrictione, niſi unius vel plurium renunciationi generalis sub-  
jiciatur. Ibi: Jedoch mit dieser *Restriction*, wann einem oder  
mehr *beneficien* in specie renunciret, vnd solcher *Renuncia-*  
*tion* eine generalis Renunciatio angehänget würde/ daß alsdau  
n auch dadurch andere mehr Special Wohlthaten begrieffen/ und sich  
der *Renunciant* aller *beneficien* zugleich begeben und ver-  
ziehen haben soll. Qvam & veriorem & communiorem in pun-  
cto juris civilis arbitramur, prout videre est apud *Matth. Berlich.*  
*p. 1. Concl. praet. 22. n. 50. & seq.* Ubi tres opinioneſ refert. Latè  
etiam *Coler. de Proceſſ. exec. p. 1. cap. 10. n. 430. & seqq.*

XIX. *Illam* quæſtionem (2.) non videmus tactam, qvando  
qvis dubitare & informari vellet; *Num* fidejusfor, specialiter  
qvidem, vel debitō modō renuncians, exceptioni cedendarum,  
ſed non faciens mentionem juris, cuius Cessionem impetrare  
nolit, videatur renunciāſſe cedendarum Actionum tam adver-  
ſus debitorem, qvām aduersus confidejusforem? Qvōd enim fi-  
dejusfor ante solutionem debiti in solidum exigere posſit ces-  
ſionem juris æqvè aduersus debitorem ac aduersus confidejusfo-  
res, ex l. 2. C. de Fidejuß. relucere arbitramur, nihil morantes,  
qvōd fidejusfor etiam sine cessione, actione mandati obſtrictum  
habeat debitorem. §. fin. Inst. de Fidejuß. Qvia expedit plures ha-  
bere actiones, cùm una alterā fœcundior qvandoq; esse posſit.  
*Joh. à Sande tr. hic. cap. 6. th. 34.* Cùm itaqve verba generaliter  
ſint interpretanda, & in numerō plurali communiter concipiā-  
tur, ideoqvè illi, qvi vellet distingvere, non adſtipularemur.

XX. *Porrò dubio Marte* (3.) queritur & ventilatur:  
*Num* fidejusfor, qvi beneficio cedendarum Actionum renuncia-

vit, & ad conventionem sine cessione solidum solvit, nihilominus post factam solutionem cessionem urgere possit? Matth. Berlich. p. 2. pract. concl. 22. n. 60. & seqq. Affirmantium castra sectatur, motus hanc ratione; quod renunciatio saltem contemplatione creditoris, & ad hunc effectum facta videatur, ne executionem retardare possit. *Verum* nos à partibus **negantium** stabilimus, unicō hōc muniti clypeō, sed certō, sed stabili, sed inconcusso, ut dicit Job. à Sande tr. hic. cap. 7. th. 2. quod solutione sine cessionis impecratione vel promissione omnis evanescat obligatio. l. qui res. 98. §. qui aream. 8. ibi: *in perpetuum enim sublata obligatio restitui non potest.* ff. de Solut. t. t. Inst. Quib. mod. toll. oblig. Joh. Petr. Surd. conf. 82. n. 1. & conf. 18. n. 10. Idq; in tantum verum judicamus, ut etiam si creditor suā sponte cedere vellet. Dis. Treutl. vol. 2. disp. 28. th. 6. lit. B. pro quod fac. l. s. minoris. 25. ff. de Administr. tutor. vel Reus aut confidejus- sor pateretur seconvenire, attamen ex officio Judicis removendus veniat. Gloß. & Dd. in l. ubi pactum. de V. O. Jacob. Heinrichmann consil. 1. n. 82. tom. 1. Pruckman. conf. 8. n. 20. 21. vol. 1. facit, quod *Translatio* presupponat esseentialē quoddam, l. *ne- mo plus juris de R. J.* & quod sibi imputare debeat fidejussor, cur Cessioni renunciaverit, aut cum sciverit, renunciationem saltem eatenus producere suas vires, quatenus viam aperiat executioni, non verò includat jus agendi adversus confidejussores, cur non exceptionem doli ad alterum effectum non opposuerit, vel ad minimum promissionem de cedendo sibi fieri non curaverit. l. sicuti eligendi. 21. l. cum alter. 11. C. & l. ut fidejussor. 39. ff. de Fidejuss. Et cur quæso melioris conditionis esse debet fidejussor renuncians exceptioni doli, sive cedendarum, fidejussore non renunciante; quod de tamen ipsem Berlich. cum aliis ibidem allegatis, quibus adde Benintend. decis. Bonon. 81. Caroc. decis. 51. & Jo- han. Bapt. Cost. tr. de Quot. & rata. q. 130. fatetur, quod non possit habere actionem adversus confidejussores, si solvi t. creditori suo sine cessione, uti apertissimè constat ex d. l. ut fidejussor. 39. ff. de Fidejuss.



dejus. cuius rationem idem JCtus Modestinus autor d.l.39. affert in l. Modestinus. 76. ff. de Solut. his verbis : *Cum nulla actio superfuerit. l. cum alter. n. ibi : potuisti sanè, l.mandati.14. ibi :* ita demum, *si solutionis tempore* manda-  
 tæ fuerint actiones. C. de Fidejus. ad qvam sententiam sine ca-  
 lumniâ, ajente Berlichio, responderi nequit; utut etiam multùm  
 sudaverint, *contrariam*, qvam *communem* Raphael. Cum-  
 in d. l. Modestinus & novè Coler. de Proces. Exec. p.1.c.10. n.418.  
 419. Joh. Köppen. decis. 51. n. 5. & ut rectiorem & meliorem  
 seqvuntur, Petr. Heig. p.1.q.38. n.13. & ab eō allegati Vincent. de  
 Franch. decis. 55. n.12. Costa intr. de Quot. & rat. quest. 22. n.8. Nic.  
 Everb. conf. 1. (qui tamen nihil in eō, sed in consil. 18. n.5.) opponen-  
 tes & defendantes, cùm dicant (1.) JCtum in l. cùm is. 35. ff. de  
 Fidejus. refutare priorem sententiam, docendo fidejusforem  
 non nudam solutionem, sed nominis emtionem simul perfec-  
 se, cuius virtute fidejusor post solutionem quoque, quando cum  
 que libuerit, cessionem Actionis mediante actione exempto con-  
 seqvi possit. (2.) Solutione qyidem extictam obligationem  
 respectu ipsius creditoris, non confidejusoris. Nam quis est, ni-  
 sit alpâ cæcior, qui non videat JCtum in d.l.36. non loqui de eō  
 casu, ubi quis solvit sine cessione, sed ubi vel ante, vel in solutio-  
 ne præstitæ sint actiones. *Quorum* enim verba : *accepta  
 pecuniâ præstat actiones?* In qvibus simul etiam removet  
 dubium opinantibus, non obstante cessione, nihilominus ta-  
 men fidejusori adversùs confidejusorem actionem dari non  
 posse, eō qvòd creditore suum recipiente omnis expiret obliga-  
 tio principalis & accessoria, proindeq; cessio nominis inutilis  
 reddatur. Sed et si solutio nuda obligationem extingvat; tamen  
 hīc non facta pura & mera solutio, quando accepta pecunia  
 præstitæ sunt actiones, sed potius nominis emtio, & premium ma-  
 gis, ut loquitur JCtus in l.76. ff. de Solut. mandatarum actionum  
 solutum esse videtur, adeò ut nec *inutiliter* hōc modō præsten-  
 tur actiones, l.5. ff. de Censib. Qvæ distinctio inter Solutio-

*rem simplicem & Cessione stipatam ex cortice d.l. 78.  
junct. 36. & l.s. de Censib. sumtâ, probè notanda: in multis enim  
iisq; gravissimis juris dubii articulis magnam nobis accendet lu-  
cem. Nec cui mirum videatur, qvòd in casu, ubi solutio sine  
cessione facta, donatio præsumenda veniat: Præterqvam enim,  
qvòd aliás fidejusfor adversùs confidejusforem nullam habeat  
actionem, atque ita magis de lucrô captandô, qvàm de damnô  
vitandô labore, non unicum hoc exemplum est in jure, qvod vi-  
gilantibus est scriptum, habemus sexcenta. Simile invenietis  
in eô, qui pro debitore solvit, nec sibi de pignorum jure, qvod  
creditor adversùs debitorem habet, pactô aliquo prospexit. l. sol-  
vitur. s. si convenerit. 2. ibi: *aliud est, si jus obligationis  
vendiderit creditor & pecuniam acceperit*: tunc e-  
nim manent omnes obligationes integræ; qvia precii locô,  
non solutionis nomine id accipitur ff. Qvib. mod. pign. solvitur. l. i.  
C. de his, qui in prior. Cred. locum. Insuper qvotusqvisque est, qui  
non animadvertat, verisimilam & firmissimam esse regulam ju-  
ris: *Fidejusforem solventem solidum sive ad id te-  
neatur, sive non, non solum sibi, sed & reliquis obli-  
gatis, debitori, confidejusforibus & pignorum pos-  
sessoribus plenam securitatem præstare, adeò ut o-  
mnis funditus extingvatur actio.* s. si plures. Inst. de Fi-  
dejus. junc. l. cùm principalis. de R. J. l. i. §. hæc actio. l. 23. l. 63. ff. de  
Solut. l. filius. 15. §. planè. ff. de in rem vers. l. solvendo. 39. ff. de Negot.  
gest. l. 3. §. i. ibi: *Sive unus solvat, omnes liberantur.*  
ff. de Duob. reis. fac. not. à Joh. P. Surd. decis. 108. n. 15. Aliter di-  
stingvit Sichardus adl. 2. n. 15. C. de Fidejus. Adducit quidem  
Berlich. n. 69. aliquam diversitatis rationem, ut ad priorem qvæ-  
stionem redeamus; *Sed annon sponte renuncians, & negli-  
gens beneficium, sint æqviparandi, & in eodem prædicamentō  
collocandi, ipse dixerit.* Si negligens est in culpa, non expers cā  
re-*

renuncians. *Mallemus* tamen erudiri ex quoniam capite; num  
jure actionis, vel officio Judicis adversus Creditorem ad conse-  
quendam cessionem agere possit? *Afin. in Prax. exec. §.7. cap.ii.7.*  
*n.22.* Ipsò enim Berlichio confitenten. *63.* indubitati juris est re-  
gula: *Quod nemo sine actione (addimus vel officio Judicis) expe-  
riripossit.* *Videmus* namque *Coler. de Proces. execut. p.1. cap.10.*  
*n.424.* fidejusori attribuere *actionē ex ento.* Sichardum  
verò ad l.2. n.9. C. de Fidejus. ad officium Judicis recurrere.  
Sed ille presupponit, omnem solutionem pro aliō factam, esse  
veram nominis venditionem, in quō labitur contra manifestis-  
simos textus suprà citatos. Ut autem fidejusor, qui timet con-  
ventionem in solidum, eò quod beneficio cessionis impetrandæ  
renunciaverit, & fortè pro debitore inope caverit, partem sal-  
tem virilem, vel planè nihil solvere cogatur, s'vaderemus ei, ut  
alium substitueret & subornaret, qui jus redimeret, & alios con-  
fidejusores specietenus conveniret.

XXI. Sic (IX.) CREDITOR correum debendi seu pro-  
mittendi conveniens in solidum, secundum Auth. hoc ita. C. de  
Duobus reis, opinione Job. à Sande tr. hic: cap. 6. th. 52. invitatus tener-  
tur, ut ipsi conuento cōtra reliquos correos actiones præstet. Sed  
*textu*, qui hoc disertè dicat, destituimur. *Recedimus* ergò  
ab illius opinione, & statuimus, sufficere correo, quod correum  
post solutionem solidi convenire possit; l. creditor. 2. C. de Duob.  
reis. Ubi pessimò exemplò Ant. Fab. lib. ii. conject. 17. manum corre-  
tricem adhibet, & integrum versiculum delet. *Quā actione*  
autem id fieri debeat, hāc de re magnum est litigium inter Dd.  
*Sichardus* ad l.2. n.9. C. de Fidejus. opinatur, eam esse *nego-*  
*tiorum gestorum utilem*; alibi ad d. l.2. n.15. C. de Duob. reis.  
pleniū ita distinguit: *Aut actum inter correos, ut alter alterius*  
fidejusor; & tunc dari *mandati actionem*; *aut hoc non*  
actum, prout præsumitur, l. reos. ii. ff. de Duob. reis. P. Heig. p. 1. q. 37.  
*n.5.* sed sunt vel socii simul, & competere actionem *pro sociō*;  
vel

vel non sunt socii, & tunc *negotiorum gestorum* superesse.  
*Colerus de Process. execut. p. 1. c. 10. n. 422.* ut & *Job. à Sande tr. hic. cap. 6. th. 53.* vocant eam *utilem absq; cessione, sive subsidiariam.* Nonnulli ad conditionem de inrem verso, ex l. sime §. Titium. sicut pet. confugiunt. *Alii correo remedium l. i. C. de Duob. reis.* aut ad minimū officiū *Judicis* ex æquitate attribuunt, de qvō latè Roncheg. in l. eandem. §. sed si quis. n. 24. 25. 26. l. reos. ii. n. 45. 46. Itemq; Anton. Fab. lib. ii. conject. cap. 6. 7. 8. 12. 17. *Nec desunt,* qvi discernant, correos *ex causâ necessariâ à Correis ex causâ voluntariâ,* qvorum opinationem ut iniqyam, & Christianō nomine indignam, miratur. *Anton. Thesaur. decis. 191.* fusè *Alex. Trentacing.* in suis *Resol. lib. 3. tit. de Solut. resol. 34. n. 34. & seqq.* *Verùm* qvòd neqve *Negotiorū gestorū,* neq; *mandati* actioni locus esse posit, ex Coleri citatō locō responsione datā, *ad eleg. l. si pecuniam. 43. ff. de N.G.* & qvòd inter fidejusfores nullum mandatum, nullumq; negotium interveniat, satis superq; constare arbitramur. Si vera esset *assertio Molinæi in Lett. Dolana ad l. Modestinus. 76. ff. de Solut.* ubi correo qvoq; jus facit consequendi nominis persecutionem adversùs correum post solutionem, non adeò multū nostra interesset, tam anxiè in genus actionis inquirere. Sed qvia satis feliciter ab Anton. Fab. lib. ii. conject. 10. 11. refutatus conticuit; Eapropter, qvid nos sentiamus, paucis explanabimus. *Dicimus* igitur, correum debendi ex mutuō communionem invicem tacitè contraxisse, & ob id *communi dividundo* judicio alterum ab alterō conseqvi posse, qvòd pro Reō solverit.

XXII. *Ita (X.) Cessionarium* nomen in solutum accipientem in fraudem Creditorum cedentis, etiam ad classem illorum, qvibus necesitas suis juribus cedendi imponitur, referimus. *per l. hæc in factum. 14. ff. Quæ in fraud. cred. Pauliana enim actione potest cogi ad restaurandum, ut dicitur in d. l. 14. pro recedendum, Zaf. ad l. 10. §. fin. ff. d. t.*

XXIII.

XXIII. *Exemplum*(XI.) est in CONDUCTORE vel EM-  
TORE superficie. Si namq; ab extraneo qvōpiam, qvi nō vendi-  
tor vel locator, prohibetur frui superficie, potest urgere locato-  
rem vel venditorem reluctantem actione emti vel conducti *ad*  
*præstandas* actiones; quantumvis Prætores eidem & interdictum  
de Superficie reddiderint. Longè enim utile visum est, qvia me-  
lius est possidere, qvā in personā experiri, interdictū propone-  
& qvasi in rem actionem polliceri. l.i. §. qvi superficiem. i. ff. de Su-  
perf. Menoch. de Retin. pos. rem. 4. n. 41. Vult. §. 3. Inst. de Interdict.

XXIV. *Notabile exemplū* est(XII.) in COMMODANTE,  
qvi in Commodatariū ad restitutioñē rei commodatae, dolō etiā  
amissae, condemnatū, jura sua transportare cogitur, *per l. depositi.*  
12. ff. de R. Jud. qvæ secundū Zaf. ad eam, admirabilis, & decisio-  
nem continet, qvæ iniqvissima videri potest, & obscuratur per  
difficile (dixerimus penè insolubile) contrarium, *in l. is qui dolō.*  
69. ff. de R. V. contra qvā iterum, velut oppositā fronte insurgit  
Jctus in l. si donata. 36. in pr. ff. de Donat. inter vir. & ux. Pro intelli-  
gentiā autem & concordiā dict. LL. Gloss. in d. l. 69. tres vel quatuor  
recenset & affert conciliaciones. Ex qvibus *Primam*, qvæ fri-  
gidē ajente Zaf. d. l. n. 2. distingvit, inter actiones bonæ fidei & stri-  
cti juris, laudat Cujacius ad d. l. 12. Papinian. in Explic. d. l. 69. *Se-*  
*cundam, distinguentem* inter actiones reales & personales,  
*contra l. si donata. 36. de Don. int. vir. & ux.* approbat, Br. d. l. 12. & ut  
vulgō receptam commendat, novē Pac. cent. 3. Erav]. q. 48. &  
überiū declarat Ant. Fab. in Ration. d. l. *Tertiam*, qvæ ex dictā  
L. 36. discriminat conventos, ab actore causam possidendi haben-  
tes, à conventis causam possessionis suæ ab aliō accipientibus,  
seqvitur & exornat Dyn. in c. pro possessore. de R. I. in 6. reprehensus  
qvidē à R. Fulgos. sed defensus à Zaf. in d. l. n. 2. in fin. *Quartam*,  
qvæ dicit reum in d. l. 69. deliquisse circa possessionem; in l. 12. verd  
circa possessionem qvidem interversam, sed non in contractu, ex-  
tollit Zaf. cit. loc. *Alium* nodi hujus dissolvendi modū excogi-  
tavit Duaren. ad d. l. 12. prætendendo in d. l. is qui dolo. 69. ff. de R. V.  
agi qvidē de cautione judiciali, qvæ exigitur, cùm Jūdex est pro-

nunciaturus, & velle *J.Ct.Paul.* judicem, qvi cognoscit, non debere cogere convenientē ad cavendum, sed reum simpliciter condemnare ad æstimationē. In d.l.12. autem JCtum Marcellum statuere, post condemnationem demū in executione vel solutione faciendam cessionem. *Dionys.Godofr.* alter Accurs. in not. ad d.l.12. qvi placet *Job. à Sande tr.bic. cap. 6. th. 25.* motus præcipue verbo: *succurrendi* d.l.69. ad strictū & rigorosum jus, & l.12. ad æqvitatē refert. Sed omnes (sit verbis venia) nobis videntur divinare, & ad rationē in l. nec quasi. 70. ff. de R.V. his verbis expressam: *Ne in potestate cuiusq; sit,* per rapinā q. ab invitō dominō rem justō preciō comparare, incongruas & speciales afferre conciliations & explicaciones. *Nos*, ut penitiores nostrarum cogitationum recessus in tām intricatā & involutā qvæstione aliquantō liberiū & diffusiū aperiamus, dicimus: Esse generalem & ad omnia, sive interdicta, sive in rem, sive in personā actiones, ex qvibus qvid arbitratu restituendum accommodā sententiam, ut is, qvi restituere jussus, non paret judici, contendens non posse restituere, siqvidem rem habeat, *manu militari* officiō Judicis ad transferendam possessionem teneatur, l. qvi restituere. 68. ff. de R.V. nisi actor mallet in litem jurare, uti potest propter contumaciam. *I.eius rei. 46. junct. seq. ff. de R.V.* qvō in casu conventus statim dominus efficitur, d.l.46. eò qvōd transegisse & decidisse cum eō actor videatur, d.l. 46. & qvi litis æstimationem suffert, locō emtoris habeatur, l. si propter res. 22. in pr. ff. de Act. rer. amot. in tantum, ut, etiamsi dolō acquisivisset possessionem, adversus tamē denuō vindicantem exceptione, & adversus possessores extraneos, amissā post litis emtionem possessione, Rei vindicatione uti posfit, d.l.22. *Quia tamen morosè rem non restituit, sed refundit saltem æstimationem, petitor non cogitur cavere possessori de evictione:* sibi enim imputare debet, qvōd non restituit, inquit *J.C. in l. 5 ex diverso. 35. §. petitar. 2. ff. de R.V.* Qvæ omnia fallunt notabiliter in casibus, ubi possessor causam possidendi à petitore habet: *Tunc enim;* si non reddatur res, non in litem juriatur, sed æstimatio facienda est justō preciō, cavereq; debet actor possidenti de evictione simpli, *juxtal. si donatae. 36. ff. de Don. inter vir.*

vir. & ux. *Sin verò restituere jussus non possit restituere*, siquidem dolò fecit, qvò minùs poscit, in id, quantū actor in litem, sine ullā taxatione in infinitū, juraverit, (nisi mallet verum rei premium juramenti evitandi causā exigere. *I. quod si. 71. ff. de R. V.*) condemnandus est. *I. qui restituere.*  
 68. vers: *Si verò non. ff. de Re vind.* *Et insuper* hōc nomine punitur, qvòd non possit ab actore cautionem pro cedendis nominibus exigere. *I. is qui dolo.* 69. vel adversus possessores quasi Publicianam intentare. *I. nec quasi.* 70. ff. eod. tit. *Quae duo beneficia*, ut & illud, qvòd possit etiā rem ab ipsō petente post aestimationē acceptam vindicare, aut contrario iudicio, *I. in Commodati.* 17. §. fin. ff. *Commod.* vel condictione sine causa, *I. 2. ff. de Cond.* sine caus. reposcere, alioquin iis, *qui culpā duntaxat* possidere desierint, competit. *I. si culpa.* 63. ff. *de R. V.* *Nisi versemur* in judiciō depositi & commodati: In istis enim duobus judiciis *ex usu* *practicō* solet succurrī ad restitutionem condemnato, ut ei dominus cedat suis actionibus, qvanquam res dolò absit. *Si verò* sine dolò & culpā restituere nequeat, ad interesse, præviā cessione, ante solutionem ejusdem d. I. 68. junct. *I. 63.* argumento à majori ad minus ductō, tenerur. *Quod si voluntate*, vel dolò ipsius petitoris restitutio fieri nequeat, tunc res quidem jure dominii post exsolutam aestimationem ad conventum pertinet, sed non aliter à judice lis aestimatur, qvā si caveat actor, qvòd per se non fiat, possessionem rei non traditum iri. *I. hoc si. 47. ff. de R. V. I. rem mihi.* 21. ff. *Commod.* His ita observatis, omnes scopulos tutò præternavigabimus. *Aliter* & hōc quidē modō interpretatur *Ant. Fab.* d. I. 47. in *Ration. ad eam*, qvòd litis aestimationē sufferens, tunc dominus rei fiat, si rem absentē ex novā voluntate, ad qvā interponendā ante solutionem, cautione de non impediendā revocatione, possessionis quasi compellitur, recuperat. *Verum* præsupponit, *L. loqui de verò possessore*, non de eo, qvi ex voluntate actoris rem abesse & ab aliō possideri prætendit, in qvō fallitur, eo qvòd d. I. 47. loqvatur in præsenti de cautione pro re præsente, non verò pro factō futurō pverbum FIAT; & qvòd litis aestimatio nō ab actore fieri dicatur, qvō ipsō præsupponitur, rem abesse sine dolò conventi. *d. I. 69. I. si longis.* 7. *C. de Exec. rei jud.*

XXV. Sicuti autem ex hactenus dictis apparet, commodantem ad cedendum qvandoq; cogi: *Ita* (XIII.) & econtra qvandoq; *Commoda-*

*tarius ad cessionem est compellendus. Nimirum, quando ab aliquo  
ad hunc usum, ut alteri pignori daret, rem quampiam commodasset, &  
vel debitum suo creditori solvisset, vel solvere esset paratus, & repignora-  
re, quod facere recusat creditor. Tunc enim commodans potest con-  
venire commodatarium ad cessionem juris, quod habet adversus credi-  
torem suum. I. si ut certo. 5. §. rem tibi dedi. 12. ff. Commod. pro recuperando  
pignore solutione liberato & recepto. I. peteti. 27. ff. de Pign. act. vel debitum  
extenuatum, ut loquitur Imp. in l. pen. C. Commod. quarum haec pulchra &  
inter Studentes valde usitata, teste Sich. ad eam.*

*XXVI. Inter Cessiones necessarias referimus (XIV.) casum  
elegantem, I. eleganter. 24. §. si vendiderit. 2. ff. de Pign. act. ubi disponitur,  
quod CREDITOR, qui pluris vendidit pignus, quam erat debitum, & non  
dum accepit ab emtore premium, posuit cogi a debito, judicio pignora-  
tio ad transcribendum jura adversus emtorem habentia, periculam ta-  
men venditoris, si non mallet expectare debitorem. Qvia creditor ven-  
dendo pignus, suum negotium gesisse videtur, unde si creditor vellet pe-  
riculum nominis per delegationem, quae nullam aliam ratione, quam per  
stipulationem, novationem, & periculi translationem fieri potest, in debi-  
torem conjicere, minime audiendus esset, ut ita infert Pap. in l. Creditor.  
42. ff. eod. tit. Qvia, ut audivimus, ad Creditorem hoc in casu periculum  
spectare debet. Nec moramus, Onetz, obs. 36. n. 162, uti allegatur a Nico-  
laeo de Passer. in Conciliationibus Ll. p. 280. n. 26, statuentem, hoc non con-  
stare in d. l. 42. num creditor voluit transferre periculum in debitorem,  
sed Pap. simpliciter & sine facta mentione dispensari negare, audiendum  
esse, creditorem volentem delegare emtorem. Sufficit enim nobis sen-  
sus L. per verbum *delegare* clare erumpens. Quid enim, quae so, aliud  
vult, delegare emtorem cupiens, quam ut ipse ab obligatione sit liber, &  
creditori suo novum debitorem mediante stipulatione obtrudat. I. &  
tot. tit. C. de Deleg. & nov. Magnif. & Ampliss. Dn. Ordin. & Consul D. Sigis-  
mundus Finselthaus Obs. 91. per tot. Eccur verbum *delegare* emtorem,  
explicabimus, procedere nomen emtoris, contra propriam significatio-  
nem vocis, cum, ut in Disput. I. monuimus, totum cœlum distent, delegare &  
cedere, & eum non attentum irreconciliabilis pugna inter d. l. 24. §. 2. & l. 42.  
emergat, prout videre est apud Nic. de Passer. in suis Concil. Ll. concil. n. 41.  
p. 276. Addat. Negusant de Pign. l. memb. 6. part. n. 37. 38. Oldend. class. 3. act. 12.  
in pract. n. 4. Duaren. ad t. ff. de Pign. act. c. 5. Quæ pro tempore sufficient:  
cætera, DEO DANTE, disputationibus dabimus seqventibus.*

*F. I. N. I. S.*





Thomas de Vio. tr. montis pietat. vol. ii. tractatio v.

XXVI. Inter C. et dicitur quod non debet i. 117. Justus  
et ceterum. Et hoc dicitur. Quia si quis debet et non debet  
propter credidit. Et hoc dicitur. Propter credidit. Et hoc  
dicitur. Propter credidit. Et hoc dicitur. Propter credidit.

00 A 6343



Y. Rubra VD 17






# Farbkarte #13

B.I.G.

Black  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue



986.  
in Juridicarum  
N A  
DAM CES.  
CESSARIIS,  
ite Divinâ,  
ate  
dinarii, Ampliss.  
vorum Facult. Jurid. As-  
i Academiâ Lipsiensi,  
omine  
. & Excellentissimi  
phmens / J. II. DOCTOR.  
cultatis Assessoris nomina-  
nicô laborantis;  
ENTE  
n / PHIL. & J. II. DOCTOR.  
mens P. P. substitutô, & Curiæ  
sia, ut & Juridicæ Facultatis As-  
idem Electoral. Advo-  
inariô,  
minibus venerandô,  
defendet  
anc / MARIÆBERGENSIS.  
ctorum Petrinô  
rentis M. DC. XLII.  
RII Risschens.